



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1844**

XI. Bischof Dietrich von Havelberg bestätigt die von Heinrich Appelmann vorgenommene Stiftung eines Altars St. Martini in der Marienkirche zu Neuruppin, im Jahre 1328.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

lorum ejus auctoritate confisi, unicuique XL. dies indulgentie de iniunctis ei penitentiis in Domino misericorditer relaxamus. Datum anno Domini MCCCXXVII. Feria secunda infra octavam penthecostes.  
 Nach Bratring's Sammlung und Kampe's Vergleichung.

X. Die Grafen Günther und Ulrich, Adolph und Basso von Lindow, vereignen auf Bitten des Gevert und Otto Vraz einen Hof zu Krenzlin, behufs der Widmung desselben zu einem Altare in der Pfarrkirche zu Neuruppin, im Jahre 1327.

In godes namen Amen. Wy Gunther unde Olrich, Alf unde Busse, van der gnade godes Greven thu Lindow, bekennen unde beklagen openbarliken in unserm jhegenwardighen breve unbesloten, Dat wy durch got unde dorch milder bewegunge durch unser manne willen unde durch erer vrunde bede, Gevert unde Otten Vraz ghenant, hebben mit ghudem willen unde mit eyneme trecliken rade ghegheven den eyghendom thu godes dienst ewichliken eynes hoves unde allem dat dathu hort in deme dorpe thu Crenzelin, de by de steghe lit, alman van storbeke thu kumt thu der luchten hant, mit twen huven unde dre winschepel pachtes, half rocke unde half gerste, de de huven des vorbenumeden hoves plichtig sint thu ghevende alle jar, unde vir schillinghe tines, den smal tegheden, dat rockhun al dar thu: unde gheven den vorbenumden hof und huven vry mit allem rechte, hoghe unde leghe, bede vry, waghen dienstes vry unde allerleye dienstes vry unde allerleye bescahtinghe vry; unde dit vor benumde gut mach her Diderick van Louenburch, de prester, de dit ghut von den vorbenumden Vrazen kost heft, legghen in der parren thu nyen Reppin eder buten der parren thu eynem altar, war dat he wil, unde he mach die lenware ghewen, weme hie wil; weme he se gift, den de Bischof van Havelbergh numet in sinem breve, dar hie dit gut mede stediget in geystlike ghewalt, deme bekenne wy der lenware unde anders nemande. Den eyghendom dessen ghudes offere wy unserm Hern ghode unde siner leven muder der juncfrowen Marien und alle ghodes heyligen ewichliken thu blivende in er ere, vor uns unde vor alle unse nakomelinghe dit vorbenumde gut nicht thu hindernde. Des sint thuge her Hinrich van Belin, Her Beteke van Wiltberg unde Her Hermen van Rederen desse riddere; Thideke van Lo, Henning van Sandow, Henning van Nikamere, unde Nicolaus van Wotenow. Dat dit stede unde immer ewich blive, so hebbe wy dessen breif vesten lathen mit unsen Inseghelen nach der bort godes MCCCXXVII. in unser vrowen daghe, als se boren wart.

Nach Bratring's handschr. Urkunden-Sammlung und Kampe's Mittheilungen.

XI. Bischof Dieterich von Havelberg bestätigt die von Heinrich Appelman vorgenommene Stiftung eines Altars St. Martini in der Marienkirche zu Neuruppin, im Jahre 1328.

In nomine Domini Amen etc. Nos Theodericus, Dei gratia Havelbergensis ecclesie Episcopus, presentibus notum fieri cupimus evidenter, quod cum providi viri et honesti Hinricus dictus Appelman ac sui filii Johannes et Nicolaus, promoti affectu ad ampliandum cultum divinum, Domini Gerhardi, plebani et rectoris ecclesie Reppinensis, legitimo accedente

IV.

37

consensu, Altare ad honorem et laudem divini nominis atque in honorem beati Martini episcopi et confessoris in Ecclesia beate Marie virginis genetricis dei cum quatuor ortis et fructibus eorum, sitis ante civitatem jam dictam ad dextram, cum exitur per portam civitatis versus Antiquam Reppin, ab omni impetitione eorum heredum libere, dotavissent et unum talentum brandenburgensium denariorum ad idem altare, quod suis denariis rite et irrevocabiliter emerunt, optenta ejusdem talenti proprietate a nobilibus Dominis comitibus de Lyndow, apposuerunt adotando, Nos eorum affectum respicientes et illius dotationis (litteris) diligenter examinatis tam dictorum dominorum comitum quam consulum et civitatis Reppin, ad instantiam predicti Johannis et Nicolai fratris sui et aliorum honestorum virorum, eo quod piis petitionibus et actibus non sit denegandus assensus, predictam foundationem ac dotationem in nomine domini gratas ac ratas habentes, auctoritate ordinaria, sicut de jure processerit, litteris presentibus confirmamus. Datum Anno Domini MCCCXXVIII. Dominica Misericordia Domini.

Nach Bratring's und Feldmann's Handschriften.

XII. Die Grafen Günther, Ulrich, Adolph und Basso, vereignen dem Altare St. Jacobi und Maria-Magdalena in der Pfarrkirche zu Neurruppin gewisse Gebungen aus dem Hufen- und Ruthenzinse, im Jahre 1328.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Guntherus, Oricus, Adolphus et Basso, Dei gratia comites de Lyndow, tenore presencium publice protestamur, quod constituti coram nobis Hinricus et Basso de Treppen, nostri fideles, pro octo mansis adjacentibus civitati Reppin, appropriatis et annexis uni altari, ejusdem famuli et eorum heredes legitimi sunt patroni, fundato in ecclesia parochiali ejusdem civitatis, consecrato in honorem sancti Jacobi Apostoli et beate Marie Magdalene, apposuerunt et cum hiis scriptis apponunt, pro se et suis heredibus eidem altari, vice mansorum premissorum, quatuor talenta Brandenburgensium Denariorum, sita in censu arearum et mansorum ejusdem civitatis, percipienda annis singulis in festo Beati Martini confessoris de duodecim talentis, sitis in dicto censu eisdem fratribus collatis, Ita sane quod memorati fratres et eorum successores et heredes legitimi proximo fronte debent tollere octo talenta et immediate altaris quatuor talenta prius dicta ante omnes alios in censu impheodatos prelibato. Nos igitur Comites prefati, cultum Divinum augere cupientes, de piis illorum oblationibus, propter fragilitatem vite et temporis, fructum retributionis eterne carpere cupientes, proprietatem ante dictorum reddituum eidem altari, appropriamus et annectimus cum omni jure, libertate, fructu, honore, sine angaria, exactione, precaria, servicio et quolibet onere, quocumque nomine censetur, libere perpetuis temporibus valituram in suo robore et vigore. Renunciantes in hiis scriptis renuntiatione solempni dicte proprietati et eorum reddituum successioni, cuilibet actioni, juri, libertati et fructui, nobis aut nostris heredibus hoc tempore aut umquam temporibus futuris competenti, Adeo quod prefati redditus non debent perpetue ad usum humanum reuenire, sed potius Divino cultui deservire. Ut autem hec presens donacio perpetuis temporibus illesa perseveret, presentem paginam ad evidenciam pleniorum super his confectam fecimus nostrorum et antedictorum fratrum sigillis unanimiter communiri. Testes hujus rei sunt Hinricus de Bellyn, Betkinus de Wiltbergh, Hermannus de Ghulen, Hermannus de Redere milites nostri cum pluribus fidei Constancia decoratis. Datum Reppyn, per manum Rulekini nostri notharii. Anno Dni. MCCCXXVIII. feria secunda proxima post Dominicam Sancte Trinitatis.

Nach Bratring's und Feldmann's Abschriften.